



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, MDCCXVIII

Casus XVI. Argumentum. Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia sit hæreditarium, & an fiat hæreditarium, quando deficientibus ejus de familia, à Testatore fuisset facta substitutio favore ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)

Barbat. in d. cap. Requisisti de testament. num. 16.

14. Descendendo ad examen secundæ partis propositi dubii, nimirum, an defuncto Episcopo, seu sede Episcopali vacante, Juspatronatus, quod ad ipsum spectabat, transeat in Capitulum?

Respondeo affirmativè. Licet enim quando Juspatronatus, seu præsentatio spectat ad solum Episcopum, eo defuncto, & sede Episcopali vacante, non transeat in Capitulum, tamen quando Juspatronatus, prout in casu præsentis, spectat ad Episcopum simul, & Capitulum, sede Episcopali vacante, transit in Capitulum, & consolidatur totum in illo, juxta distinctionem, quam tradit *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. part. 1. q. 2. art. 14. n. 8. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 2. n. 14. & seq.*

ARGUMENTUM.

Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia fit hæreditarium, & an fiat hæreditarium, quando, deficientibus eis de familia, à Testatore fuisset facta substitutio favore causæ piæ.

S Y M M A R I U M.

1. Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia fit hæreditarium. Limita, ut num. 2. & 3.
2. Juspatronatus competens eis de sanguine ex mero privilegio, non transit ad illegitimos.
5. Substituta causa pia per vulgarem in juspatronatus gentilitio, hoc existentibus eis de familia in ultimo fit hæreditarium.
6. Substituta causa pia per fideicommissariam absolutè, juspatronatus gentilitium in ultimo de familia non fit hæreditarium, sed transit ad causam piam. Secus si causa pia fuisset substituta conditionatè, & conditio non fuisset purificata, vel substitutio fuisset à Fundatore per codicillos adempta.

C A S U S X V I.

IN limine erectionis Beneficii reservatum fuit Juspatronatus à Fundatore pro eis de propria familia; quibus deficientibus substituta fuit causa pia, nempe Monasterium A. hinc quæro?

Primò, An Juspatronatus Gentilitium

in ultimo de familia fiat hæreditarium?

Secundò, An fiat hæreditarium, quando deficientibus eis de familia, fuit substituta causa pia.

Quoad primum, celebre est, ac vulgatum *consilium Ancharani* 81. ubi firmatur Juspatronatus Gentilitium in ultimo de familia fieri hæreditarium, quod *consilium nullatenus attentis deductis à Geminiانو conf. 45. n. 7.* fuit communiter à Doctoribus receptum, signanter à *Roeb. de Curt. de jurepatronat. verb. ipse, vel is num. 19. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. qu. 2. art. 4. nu. 1. & seq. Calderin. conf. 4. de jurepat. Card. de Luc. eodem tract. disc. 35. n. 3. Rot. decisi. 285. n. 1. & seqq. par. 1. divers. in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. S. Quatenus coram R. P. D. Kautitz, & in Granaten. Cappellania 27. Novembris 1713. S. Regularè coram R. P. D. Falconerio, & in Nolana Beneficii 23. Febr. 1714. S. Minusque coram R. P. D. Crispo.*

2. Solum tamen patitur limitationem in duplici casu. Primò in casu, quo in reservatione Juspatronatus pro eis de familia fuisset à Fundatore appositæ clausulæ limitativæ, & restrictivæ ejusdem Juspatronatus favore Ecclesiæ, secus si fuissent appositæ clausulæ limitativæ favore masculorum, aut agnatorum; Sciendum est enim, quòd aliæ sunt clausulæ limitativæ Juspatronatus favore Ecclesiæ, seu quæ stant ad limitandum Juspatronatus, ut sunt istæ ex. gr. & non ultra, non aliis, ac etiam istæ tantum, solum, dumtaxat appositæ respectu omnium de sanguine. Et aliæ limitativæ Juspatronatus favore masculorum agnatorum, seu quæ stant ad limitandas personas, ut sunt istæ tantum, dumtaxat appositæ respectu eorundem masculorum, & agnatorum. Si Juspatronatus gentilitium sit reservatum à Fundatore pro eis de familia cum clausulis limitativis favore Ecclesiæ. Ex. gr. pro eis de familia, & non ultra, aut non aliis, aut pro omnibus Consanguineis tam agnatis, quàm cognatis tantum, dumtaxat, in ultimo de familia, aut de sanguine non fit hæreditarium, sed eo defuncto, Ecclesia evadit libera; Si verò Juspatronatus gentilitium sit reservatum cum clausulis limitativis favore masculorum agnatorum, ex. gr. pro masculis, aut agnatis tantum, dumtaxat in ultimo

ultimo de mafculis, aut agnatis fit hæreditarium, ficuti fit hæreditarium in ultimo de parentela, aut domo fi Juspatronatus fit refervatum pro eis de parentela, domo, cafata tantum; quia illa taxativa tantum non fiat ad limitandum Juspatronatus, fed folùm ad limitandas personas, juxta Lambertin. de jurepatronat. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 4. n. 4. & feqq. & art. 6. n. 1. & feqq. Gratian. difcept. Ecclef. 218. n. 13. & bene Rot. decif. 581. n. 4. & feq. quam fequitur Præceptor meus difcept. Ecclef. 33. n. 5. & noviffimè in Granaten. Cappellania 27. Novembris 1713. §. Parum coram R. P. D. Falconerio.

3 Secundam limitationem patitur idem Confilium Ancharani in cafu quo Juspatronatus Gentilitium non comperet eis de fanguine, & familia titulo onerofa, nimirum ex Fundatione Conftitutione, aut dotatione, aut ex augmento dotis ufque ad medietatem veri valoris beneficii, fed folùm ex mero Privilegio post Concilium Tridentinum (Privilegium enim Juspatronatus concessum ante Concilium perfonis privatis fuit ab eo revocatum in feff. 25. capit. 9. ut dicam infra par. 5.) Si igitur Juspatronatus Gentilitium comperat eis de Familia ex mero Privilegio in ultimo de Familia non fit hæreditarium fed Ecclefia confequitur libertatem; Ratio eft, quia cum privilegia utpote odiofa fint restringenda, tantum capiunt, quantum loquuntur ad Text. in cap. Privilegium de reg. jur. in 6. Unde cum privilegium loquatur folùm de eis de fanguine, extendi non potest ad eorum Hæredes extraneos Lambertin de jurepat. lib. 1. part. 2. quæft. 2. art. 6. num. 4. Et eft opinio Ciarlini lib. 2. contrav. 159. num. 13. & feqq. quam refert, & fequitur idem Præceptor meus dicta Difcept. Ecclef. 33. num. 9. & feqq.

4 Et ob hanc rationem videmus quod licet Juspatronatus Gentilitium, comperens eis de fanguine titulo onerofa transeat ad illegitimos, & naturales, aut ad legitimatos in defectum legitimorum, ut fuperiùs probavi Caf. X. tamen comperens eis de fanguine ex mero Privilegio deficientibus legitimis non tranfit ad illegitimos, nec ad legitimatos etiam autoritate Apostolica Gratian. difcept. Ecclef. 218. n. 11. & feq. Ciarlin. dicta Contr. 119. n. 18.

Pars II.

5 Quoad fecundum Dubium procedendum eft cum diftinctione. Aut caufa pia fubftituta fuit in Jurepatronatus per Vulgarem, id eft inftituta fuit in Jurepatronatus in cafu, quo non extarent illi de fanguine, & familia, & in hoc cafu Juspatronatus Gentilitium in ultimo de Familia fit hæreditarium, & non tranfit ad caufam piam; quia illis de fanguine existentibus, & femel admiffis, expiravit, & caducata dicitur fubftitutio caufæ piæ juxta naturam Vulgaris, quæ expirat per existentiam primi vocati ad Text. in l. 5. C. de Impuberum, & aliis fubftitutionibus. Rot. in Valentina jurispatronatus 26. Junii 1715. §. Nec dubitari coram R. P. D. Falconerio.

6 Aut fuit fubftituta per Fideicommissariam, feu fuit gravatus ultimus de fanguine reftituere Juspatronatus caufæ piæ, & tunc aut fuit fubftituta per Fideicommissariam abfolutè & Juspatronatus in ultimo de fanguine non fit hæreditarium, fed tranfit ad caufam, & hæc in eo fuccedere debet juxta Rot. in Romana jurispatronatus 7. Junii 1705. §. Ex lectura coram Reverendiffimo Moline Decano, & alios, quos refert eadem Rota in dicta Valentina jurispatronatus 26. Junii 1715. §. Ratio coram R. P. D. Falconerio. Aut fubftituta fuit conditionatè E. G. fubftitutum fuit Monasterium Regularium cafu, quo in eorum Ecclefia erigeretur Cappellania, aut fub alia conditione, & tunc aut conditio eft purificata, & non fit hæreditarium in ultimo de fanguine, aut conditio non eft purificata, vel fubftitutio Caufæ piæ fuit per Codicillos adempta à Fundatore, & Juspatronatus in ultimo de fanguine fit hæreditarium, & non tranfit ad Caufam piam, ut refolutum fuit à Sac. Rota in Mediolanen. jurispatronatus 21. Februar. 1707. §. Animadvertentebant coram Eño Scotto.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus Gentilitium Lineale in ultimo de Linea non fit hæreditarium, obftante contraria Lege Foundationis. Et an Beneficiatus, qui fimul fit Patronus, liberè resignando Beneficium, poffit ad illud præfentare?

N 2

SUM-